

Fo. xxv

Per predictis gratia Colla tionis subscriptae vna cum Correlarijs elidunt Conclusiones.

¶ Prima.

Homicidium casuale non imputatur clerico rei licite operantibus
qui non fuit in culpa.

Sed fecit ac adhibuit omnem diligentiam ad actum explicandum
requisita.

¶ Correlarium.

Diligentia in omnibus commendatur.
Et e contra negligentia vituperatur.

¶ Secunda.

Et si ob causam minus possit pena a iure communi imposita pro
homicidio.

Statutum tamen penam pecuniariam pro eodem dictans non va-
let. nec consuetudo.

¶ Correlarium.

Lex licet sit iusta et rationabilis.
Quandoque tamen reperitur et est variabilis.

¶ Tertia.

Ludus Scacorum et quilibet alius ubi ingenium et hominis indu-
stria solum versatur. de omni iure est licitus.

Qui etiam clericis. dummodo inter eos causa recreationis. hora lo-
co: et tempore: debitis. ludatur. est permissus.

¶ Correlarium.

Homines ob laboris alleviationem indigent recreari.
Et ideo eis permittitur ut circa ludum honestum valeant quousque perfructuari.

¶ Quarta.

Clericus in cythara aut alio instrumento musicali ludere potest ad
honorem dei aut recreationis gratia. DD iij